



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vera Sapientia

**Pinamonti, Giovanni Pietro
Segneri, Paolo**

Coloniae, Anno M.D.CCVI.

VD18 12664146

Æternùm peccatore[m] excruciatu[m],

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50782](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50782)

PUNCTUM II.

Infernus æternùm durat.

Dolor meus perpetuus, & plaga desperabilis renuit curari. Jeremiæ 15. 18.

II. **C**ONsidera, totum istum pœnarum cumulum nihili instar fore, si finem aliquando esset habiturus. Quàm immensum autem pondus addit Æternitas! si in gehenna non nisi exiguus dentium dolor esset sustinendus, aut si nullum omnino esset supplicium, nisi ut uno semper latere decumberes in lecto, rosâ strato; ajo, æternum hunc decubitum majus fore supplicium, quàm centum millibus decies centenis annis, torqueri igne, finem tandem habituro. Et quis de hoc queat dubitare, si modo verborum sensum comprehendat? finiti enim ad infinitum nulla est proportio; malum per se leve, accedente æternitatis pondere, fit infinitum ac immensum: quid erit, si malum, intensivè quasi infinitum, sit etiam infinitum extensivè? Quòd si nec Comœdiam, spatio temporis nimis productam, spectare pos-

sus

Consideratio VIII.

77

sumus patienter, quomodo ignem tolerabimus clibani æternum arsi? O æternitas! qui fieri potest, ut homines te non intelligant, nec tui consideratione contremiscant? sic cinerum semel faucibus tuis absorptus fuero, tametsi lacrymis meis adæquavero vastum orbis Oceanum, nec momentum censebitur præterisse poenarum mearum? tametsi tot sæculorum millia decies centena fuerint elapsa, quot sunt atomi aeris, maris arenæ, guttæ aquæ, frondes arborum, cæli sidera, in aditu æro tormentorum meorum? Ergo, si Deus hoc momento crearet universum ex solido ære fabrefactum, & sæculis singulis in eo moveretur formicæ unica, confecto, etiam per hunc immensum ambitum, tam grandi itinere à corpusculo tam pusillo, nulla extinguetur flammularum mearum, nec aqua guttæ suppetet extinguendæ siti meæ? O æternitas! æternitas! & non timent, nec expavescunt? imò verò peccatis onusti, tenuique filo fluxæ hujus vitæ alligati, rident, luduntque in extimo

D 3

mat.

marginē voraginis illius immensæ? O prodigium, prodigiorum omnium maximum? ita credere, uti creditur, & ita vivere, uti vivitur.

PUNCTUM III.

Infernum commeruisti.

Nisi quia Dominus adjuvit me; paulò minus habitasset in Inferno anima mea. Psalm. 93. 17.

III. **C**ONsidera, à quot annis jam meritis sis sepeliri in hoc cli- bano ignis infernalis. Quot, quanti- que jam illic torquentur ob peccata longè tuis leviora; misericordia igitur Dei fuit, quòd non fueris consumptus. Alio- quin enim, si traditus fuisses peccatis tuis, ubi nunc hoc momento dum ista legis, in medio dæmonum, fremens atque ejulans, consumendus esses ab ignibus illis æternis. O! ut malè sit cor- pori meo (rabiosè tunc exclamaturus esses) cujus momentaneas delicias tormentis nunc tuo sempiternis! O fastus, opes, deliciae! quid profuistis mi- sero? ecce! quàm ob breve somnium veris nunc ignibus ardeo, ardebóque
in